

PRAEFATIO ED. II.

Veniamus ad ea, quibus V. C.

allinit atrum

Transuerso calamo signum.

Confusionem in ore consueto dico diuersitatem coniunctionis. Ille putat ex magnetis partibus inter se coniunctis elucere diuersitatem in coniunctione, neque tamen ideo confusas eas dici posse. Verum videtur V. C. diuersorum coniunctionem, si vel maxime fuerit eadem, et diuersitatem coniunctionis, et diuersitatem ordinis confundere probe distinguenda. Diuersae in magnete partes e ordine, vel iis ordinibus per naturam coniunctae sunt, vt possint effluvia eas permeantia operari in ferrum, polos libere suspensi versus septentrionem et meridiem vertere, amicos osculo sibi iungere. inimicos in fugam dare. Iam pone magnetem in puluere redigi vel calcinari, multae adhuc partes eius coniungentur, sed modo diuerso. In iisdem nunc est coniunctionis diuersitas, confusio, crypticae machinae destructio, flammaeque nimis propinqui magnetis paruus aliquis cometa. Facile concesserim in explicandis confusionis alicuius datae et peculiaris phaenomenis non male plerumque ad finem attendi. Sed illustrationi forsan etiam necessaria, non sunt ideo necessaria definitioni,

Con-